



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Calumnijs petitur. 103

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

num: post Seguntum Toletum-
 que petiit, vbi data sociorū man-
 data exequeretur. Conscēso pro-
 pe Valentiam nauigio, in Italiam
 intendit: ac multis iterū tempe-
 staribus iactatus, postremò ad cō-
 dictū Venetias appellitur: ibi so-
 cios præstolaturus. Verū is dudū
 inferis pro hoste habitus, res Ve-
 netiis inquietas nanciscitur. 103
 Nā odio agitati quidā luculentis
 illū calumniis de integro inces-
 sunt. Profugū ex Hispanijs esse,
 & deserto vtiq; vadimonio pœ-
 nas mali facinoris metuisse: certè
 statuā, sollenni cum deuotione
 cōbustā, succidaneā pro ipso ho-
 stiā arsisse. Quęq; alia hoc genus,
 animus mal^o, & pessimi sēper cō-
 filij auctor, mendaci lingua effu-
 tiebat. Sed ea ex vano hausta, eo-
 dē rediēre, post q̄ eius integritas
 grauissimo teste Hieronymo Ve-
 ralo defēsa est: quē virū ex Rosano

ra vi-
 eniq;
 am a-
 patriā
 est ad-
 & mi-
 a. 102
 parti-
 peste
 libe-
 a ho-
 abef-
 aliam
 fidio-
 que in
 runt,
 n Ig-
 giofo
 arint
 c via-
 itate,
 elut
 mpe-
 naza-
 num:

Antistite, & Pontificis legato, de-
 mum Purpuratorum Patrū Col-
 legium cooptauit. Interim donec
 Socij eodem cogherentur, institit
 IGNATIVS viros sibi doctos piof-
 que adiungere: atque primariis
 eius Reipub. senatoribus se infi-
 nuare: quibus ad virtutem docu-
 menta relinqueret. Eo effecit, vt
 breui apud plerosque omnes gra-
 tissimi nominis memoriam con-
 sequeretur.

104 Septimus & trigessimus añus,
 vltra millesimum quingentesi-
 mum cæperat, cùm ante VI. Idus
 Ianuar. expectati ad IGNATIVM
 socij peruenere: incommodo an-
 ni tempore vsi: simul vię maligni-
 tate, simul longinquitate exerciti.
 Ad primum adspectum omnes in
 complexus mutuos iere, suauis-
 simo sensu delibuti: ac mox in æ-
 des hospitales alij alias dimissi,
 sui in pauperū obsequiis experi-
 undi:

un
 na
 Ea
 cu
 gr
 di
 tu
 id
 Ro
 III
 mi
 læt
 de
 Ve
 Ign
 na
 fac
 po
 pa
 tun
 qu
 stin
 an
 cra